



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118642

§. 32. Translatio Corporum sancti Nazarii, aliorumque Sanctorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

quo exacte legum Diæcesanarum custo- Sæcul. XVI.
 dia tam circa denuntiationes, quam af- A. C. 1579.
 finitatis gradus, & impedimenta exigi-
 tur. Ad calcem horum decretorum fit
 mentio de Scholis, sodalitatibus, piis,
 sacrisque locis, & Monialibus: tandem
 eorum omnium, quæ in his Constitu-
 tionibus continentur, exacta observan-
 tia commendatur, pluraque alia legun-
 tur statuta prioribus Conciliis addita,
 quin tamen ab ordine, ac methodo in
 ceteris Synodis servata recederetur.

§. XXXII.

*Translatio Corporum sancti Nazarii,
 aliorumque Sanctorum.*

Postquam sanctus hic Archipræsul hac Giuss. l. 5.
 ratione quintam suam Synodum ab- c. 9.
 solverat, plurium Episcoporum, qui
 ejus suffraganei erant, præsentia uti
 decreverat, ut cum majori solemnitate
 sancti Nazarii Martyris, aliorumque
 Sanctorum corpora ad Ecclesiam sub in-
 vocatione hujus Sancti erectam, quæ
 olim Apostolorum Basilica dicebatur,
 Divi tamen Ambrosii ætate nomen suum
 mutabat, transferre posset: cum enim hu-
 jus Collegiatæ Ecclesiæ Canonici illam
 juxta quoddam decretum a sancto Ca-
 rolo in sua visitatione conditum repara-
 re, atque exornare statuissent, Sancto-
 rum, qui ibidem requiescebant, cor-
Hist. Eccles. Tom. XLIX. Nn pora

Sæcul. XVI. **A. C. 1579.** pora submovere oportebat, ubi sancti Nazarii Corpus in quadam marmorea tumba, quæ durissimo saxo contacta erat, terræ immersum reperiebatur, simulque aliorum quorundam Sanctorum Archipræsulum Mediolanensium ossa detegebantur, quæ omnia sanctus Carolus in lipsana affabre elaborata recondi, atque per urbem in solemnibus supplicationibus circumferri, & demum ad majorem Ecclesiæ Aram reponi jussit: insuper sancti Fidelis corpus ad Ecclesiam nuper a Jesuitis constructam transferri voluit, ubi etiam sanctus hic Archipræsul primo sacris operabatur, ac demum quasdam ædes exstrui curabat pro puellis, ac mulieribus, quæ antea solutiori vitæ indulgentes relicta nefanda consuetudine pœnitentiam agere decernerent. Hæc domus vulgo depositum nominabatur, ac dotationis suæ diploma Mense Julio hujus anni datum est.

§. XXXIII.

Nuntius Apostolicus sancti Caroli opera ad Helvetios, & Grigiones decretus.

Ans. s. 12. Cum sanctus Archiepiscopus suas visitationes prosequi per pestilentiae vehementiam præpediretur, paulo post absolutam suam Synodum Diœceses lustrare